

Wegner:
de jure non
provocandi
Præmissa da.
culis.

1633.



550.3



5503.

DISCURSUS

DE

**JVRE NON
PROVOCANDI**

PRUSSIAE DUCALIS

ex praelectionibus

HENNINGI WEGNERI Jcti

tum temporis

Profesforis primarii

in

ACADEMIA REGIOMONTANA

De

APPELLATIONVM

materia

publicè habitis

excerptus, luciꝯ donatus

Anno 1633.

1633

M

S

No 3372

DANTISCI, TYPIS GEORGII RHETII.



Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header, which is mostly illegible due to fading.

First main line of handwritten text in the upper section of the page.

Second main line of handwritten text in the upper section of the page.

Third main line of handwritten text in the upper section of the page.

Fourth main line of handwritten text in the upper section of the page.

Fifth main line of handwritten text in the upper section of the page.

Sixth main line of handwritten text in the upper section of the page.

Seventh main line of handwritten text in the upper section of the page.

Eighth main line of handwritten text in the upper section of the page.

Ninth main line of handwritten text in the upper section of the page.





De Veteri non Provocandi Jure Prusiae Ducalis.

EXtra Imperium Romanum, si qui jus non provocandi restrictum habeant, videant illi quibus necessum est jure ibidem experiri. In Gallia anno 1551. Curis Praesidialibus tale Privilegium concessum; anno 1557. ampliatur, sed anno 1562. & 1565. necnon anno 1580. restrictum esse refert Petrus Gregor: Tholoz: 3. de appell. 16. n. 2. Nobis Borussiae pergendum est ad praecipuum Regni Poloniae Ducatum Prusiae. Prussia namque hodie alia Regalis alia Ducalis. In Prussia Regali exemplum habemus Gedanensium, quibus anno 1520. à Divo Sigismundo inter alia concessum, ut in causis, quarum singulae quinquaginta marcarum non excedunt, ad Consulatatum tantum, & non ultra fiat appellatio: In causa vero, quae quinquaginta marcas excedit, liberum sit unicuique appellare, ad Conventum Generalem terrarum & Civitatum Prusiae: Quae si in primo Conventu terminata non fuerit, tunc unicuique liberè ad Regem appellare liceat. Janusz: in statutis Regni fol. 947. § ad sistendas verò Et has causas existimo intelligere D. Sigismundum Augustum in Constitutionibus Gedanen:

A 2

anno

- anno 1570. confirmatis, quando appellationes interponi vetat, in his causis, quæ in rem judicatam transeunt, scilicet ob privilegium de non provocando. Janusz: d. loco fol. 951. In Prussia Ducali distinguenda sunt tempora Ordinis & Ducum. Ab initio Ordinem Teutonicum Regi & Regno Polonia non subfuisse, constat ex concordia inter Vladislaum Polonia Regem, & Conradum de Jungigen Prussia Magistrum anno 1404. inita, ubi terræ Ordinis à terris Regni dislimitantur, nec Magister cum suis terris Regi subjicitur. Similiter in concordia anno 1436. inter Vladislaum Jagellonis, & Paulum de Rusdorff facta, nihil reperitur de Magistri subjectione, sed uterq; jurarunt tantum, hanc concordiam observare. In concordia verò anno 1466. inter D. Casimirum & Ludovicum de Erlichshausen inita, Magister in Principem Consiliarium perpetuum, Commendatores quoq; principales in Regis & Regni consiliarios, inq; Regis & Regni Polonia protectionem, subjectionem [NB. subjectionem] & defensionem perpetuò duraturam sunt assumpti: sicuti & formula juramenti fidelitatis à Magistro faciendi, concordia inserta est, quòd Regibus sit fidelis futurus. De appellatione autem à sententiis Magistri ad Regem interponendis nihil est expressum, sed contrarium potius videntur innuere illa verba: quòd lites juxta terrarum Jura municipalia in Prussia debeant sopiri. quod sanè
non

non fit admiffa provocatione ad Regem. Postea in 6.
paëtis perpetuis anni 1525. inter D. Sigismundum, &
D. Albertum primum Prussiae Ducem confectis, quod
ad Jurisdictionem Regis & Ducis attinet, reperiun-
tur quatuor distincti casus. Primus est, si lis suborta
fuerit inter Regem & Ducem, quod tunc Maje-
stas Regia Consiliarios suos Marienburgi, aut El-
bingæ debeat collocare, juramentisq; , quibus
suae M^{ti} obnoxii sunt, absolvere, & quicquid tunc
à prædictis Consiliariis decretum fuerit, ratum
esse, & sine contradictione servari. Secundus Ca- 7.
sus est, si quispiam de sorte seu conditione Principis,
secularis aut Ecclesiastici status in Prussia, supradi-
ctum Principem de Prussia super quavis re conveni-
re prætenderet, quod debeat M^{tas} Regia sex ex Consi-
liariis suis: & Princeps in Prussia totidem ex suis ad
Judicium ut præmittitur obligare, & juramentis ad-
stringere, & quicquid ipsi æquum esse decreverint &
pronunciaverint, ei utraq; pars acquiescere, & sine
ulla tergiversatione id ratum habere. Tertius casus 8.
est, si aliquis, qui de sorte Principum non fuerit, con-
tra Ducem in Prussia quampiam actionem instituere
vellet, quod hoc debeat facere coram Vasallis Princi-
pis, quos Princeps ipse collocare, & ad Judicium obli-
gare tenebitur, salvo hoc casu provocatione ad Con-
siliarios à Rege & Duce quotannis, cum id necessitas
exegerit, Marienburgum mittendos, quorum sententia

A 3

paren-

9. *parendum*. Quartus casus est, ubi actiones emergerent, incolas terrarum Prussiae & eorundem possessiones utrinque contingentes, quod tunc unusquisque in eo iudicio, ubi bona seu possessiones sitae fuerint, aut Reus domicilium habuerit, conveniri, & ad extranea iudicia trahi non debeat.
10. De hoc Ultimo casu jam primi Prussiae Ducis tempore quaestio mota, plenius autem in Comitibus Lublinsibus anno 69. inter D. Sigismundum Augustum & secundum Prussiae Ducem Albertum Fridericum, qui tum renovationem Investiturae petebat, scriptis hinc inde commutatis ventilata fuit.
11. *Fundamenta praecipue pro Duce afferri possunt*. 1. quod in pactis nihil exprimat de provocatione a Duce ad Regem admittenda, ut a nobis non sit addendum, quod ibidem non invenitur. 2. quod verba debeant in talibus pactis accipi cum effectu, ut aliquid operentur. Reperitur autem in d. §. ubi verò actiones verbum conveniri, quod nihil speciale importat, si non excludat provocationem. cum etiam sine istis pactis de jure communi Reus in loco domicilij vel rei sitae conveniri debeat. Igitur intelligendum est vigore pactorum, Reos sic in illis locis conveniri oportere, ut & ibidem totaliter finiatur. 3. quod generaliter addatur, reos non debere trahi ad extranea iudicia. Verbum trahi generale est, nec ad primam solum, sed etiam ad secundam instantiam pertinet. nam & qui per appellationem ad extranea iudicia trahitur, utique trahi-

trahitur ad extranea judicia: Extranea autem judicia non possunt intelligi, quibus nulla competit in Reos jurisdictio; illa enim sensu communi excluduntur, ut pactis specialibus non fuerit opus; sed juxta thesin præcedentem, quæ non exercentur in loco domicilij Rei conventi aut rei controversæ. 4. quòd in casu proximè præcedenti, tertio scilicet, specificè Appellationis mentio facta, & veluti per modum exceptionis, dum nominatim loquitur de casibus Principis personam attingentibus, ut in illis sit locus provocationi. Ergo non erit in aliis, ut exceptio in casibus non exceptis regulam adstruat. 5. quòd in literis feudalibus eodem anno 25. à Rege eodem datis, in Ducem Prusis Ducatus translatus, cum omnibus & singulis dominiis, superioritatibus, eminentiis, juribus, & pertinentiis universis: Superioritatis autem esse videtur, uti jure provocandi nescio. 6. quòd taliter Ducatus translatus, qualiter ejusmodi terras priores Magistri generales & idem Ordo habuere. Habuerunt autem sine provocatione ad Regem. 7. quòd id suadere videatur consanguinitas & favor Regis, qui Nepoti ex sorore plenissimè consulere voluisse præsumitur. 8. quòd ita suadere videatur utilitas subditorum Ducis, ut sine sumptu itineris & aliis molestiis, sine mora, quæ ob Regis occupationes gravissimas appellationem comitatur, juxta Juris Prutenici dispositionem & processum, quæ Regem latere possunt, in patria sua jus obtinere

- nere queant. 9. quòd Dux Prussiae semper jure non
 provocandi usus, fueritq; per longissimum tempus in
 illius quasi possessione. Ex adverso pro Rege mili-
 12. tat. 1. ratio responsi Oratoribus Ducis Prussiae in
 Conventu Petricovia anno 1533. 10. Ian: dati, quod
 proprium sit jus uniuscujusq; superioris domini, ut ad
 ipsum à quo vis subjecto & Vasallo appelleretur, nisi hoc
 specialiter excipiatur. Princeps autem Prussiae est
 subditus & Vasallus Regis Poloniae, nec illi jus non
 provocandi specialiter tributum. 2. quòd aliquoties
 responsum à Regibus, appellationes à Duce Prussiae
 esse admittendas. 3. quòd Dux Prussiae non habeat jus
 provocandi de jure communi; nec privilegio speciali.
 Non jure communi, quia non est supremus, sed Regem
 recognoscit superiorem: non privilegio speciali, de quo
 docere deberet; sed nequit. 4. quòd interpretatio-
 nes pactorum pertineant ad Regem, qui non erit sibi
 contrarius, jure praesertim suffragante, ubi in conces-
 sionibus Jurisdictionum, auctoritas concedentis cense-
 tur praeservata illaesa. vide Menoch: 2. de praesumpt.
 13. 18. n. 2. & seqq. Rosenthal de feud. c. 5. cond. 5. Ita tem-
 poribus multis de appellatione ad S. R. M^{tem} permit-
 tenda dubia fuit & periculosa quaestio, quam pluri-
 bus tractare haud arbitror necessarium; cum factò
 ipso temporibus insequentibus sit definita, licet non
 14. semper modo eodem. In ipsis enim Comitibus Lubli-
 nensibus Sigismundus August^o Secundo Prussiae Duci
 speci-

speciale dedit Privilegium, 19. Julij anno 1569. ne ab
Illustritate Sua ad Regem Regiumq; Tribunal ulla
alie per appellationem cause toto vitæ Ducis illius
tempore devolvantur, quàm infrascriptæ, nimirum:
1. si Dux lædat nobilem, nec ei velit jus administrare,
nec causam ejus legitimæ cognitioni juxta pacta ad-
mittere. 2. quando nobiles cum privatis litem exer-
cendo per præposterationem aut præcipitantiã noto-
riè gravantur, aut injuriã afficiuntur. 3. quando in
privatis litibus pro revisione Actorum supplicantes,
aut ad Judicium Parium curiæ juxta pacta provo-
cantes non exaudiuntur. 4. si plebei pro revisione a-
ctorum supplicando, aut juxta pacta ad Pares Curie
provocando non exaudiuntur. Sed nec hoc Privile- 15.
gium, quantum ad appellationes, Dux Albertus Fri-
dericus videtur simpliciter acceptasse; nec in usum
deductum fuisse constat. Quin potius Marchio 16.
Georgi^o Fridericus ægri illius Principis Curator con-
stitutus, omnem omninò provocationem severissimè
inhibuit. In der Hoffgerichtsordnung des Herz-
ogthumbs Preussen Anno 1583. c. 16. von der Re-
vision §. fin. his verbis: Was also durch das entli-
che Revision-Brtheil erkandt / dabey sol es auch/
ohn allen weitem beruff beruhen vnd bleiben.
Vnd da sich von Uns jemand einigen weitem be-
ruff zunehmen vnterwinden würde / denselben
wollen wir / als einen der Uns in unsere Fürstliche
Hohheit

- Hohheit/ Regalien vnd Freyheiten vermessenlich eintrag zuthun fürhabens ist/ am Leibe/ oder nach gelegenheit mit einer städtlichen geldbusse andern zum abschew vnnachlässig zu straffen wissen. *Verum an hæc Constitutio in præjudicium Regis, nec non subditorum, si qui forsitan non consenserunt, firmitatem obtinere potuerit, ac in jure & rationibus fuerit fundata, non disputo. Inutiles forent hodie disputationes istæ Ducis Alberti, primi acquirentis, lineâ extinctâ, omnibusq; ex pactis anni 1525. simultaneè investitis, sine prole mascula deficientibus. Pergendum igitur magis est ad jus modernum, quod Ducatu ad lineam Electoralem legitime translato, ex novis pactis in usu est.*

De Moderno Provocandi Jure Ducum Prusiæ.

1. **I**nitium hujus Juris cœpit ex Responso S. R. M^{ti} Illustrissimi Principis ac Domini, Domini Joächimi Friderici Marchionis Brandenburg:, S. Rom: Imperij Principis Electoris Legatis Warsavia 11.^{ma} Martij anno 1605. dato, in quo de appellationibus assensa est S. Regia M^{tas}, ne hominum temeritate in immensum lites crescerent, ut ad quingentorum florenorum summam, & ad sententias tantum definitivas, aut vim definitivæ habentes restringerentur. *Respon-*

Sponsum illud in Recesu Regio Anni 1609. §. de ap-
pellationibus comprobatum, declaratum, & ad quas-
cunq; causas, siue inter privatos alterutrum, siue in-
ter Vasallos & Principem emergentes productum.
Cautio autem, quam in Comitibus Warsaviensibus anno 3.
1611. nomine Serenissimi Principis moderni, Domini
nostri Clementissimi ad eadem Comitibus ablegati dede-
runt, rem totam clariùs exprimit verbis sequentibus:
Appellationibus à sententiis nostris, Judicijvé no-
stri Aulici, sine ulla exceptione, libera omnibus ad Ju-
dicium Regium erunt: ita tamen ut non nisi à defini-
tiva sententia, aut vim definitivæ habente appelle-
tur, quantitasq; de qua appelletur summam quingen-
torum florenorum Polonicalium, estimationis valo-
risvé usitati excedat, infra quam appellare nulli inte-
grum erit: Similiter tamen de injuria, quæ ei summæ,
de qua appellaretur, equiparari possit. appellare lice-
bit. Hactenus verba Cautiois, quæ iisdem ferè
formalibus à S. Regia M^{te} in iisdem Comitibus confir-
mata reperitur. Amplius adhuc est in Recesu regio
anni 1612. §. provocatio. qui sic habet Provocatio
etiam appellatioq; ad Judicium S. R. M^{is}, cum & ju-
re publico, & commemoratâ novissimâ transactione,
integra liberaq; omnibus esse debeat, ut cujuscunq;
fortunæ aut conditionis fuerit, qui gravatum se sen-
tentiâ existimârit, more aliorum Judiciorum omnium,
summâ sex florenorum polonicalium depositâ cujus a-

mittendæ periculo, si in ultima instantia causa ei abju-
dicetur, appellet in iudicio, sine ulla aut subscriptione,
aut assistentia Procuratoris, vel quacunq̃ aliâ condi-
tione, modo infra summam quingentorum florenorum
transactione definitam, à iudicio aulico ad Regiam
M^{tem} iudiciūq̃ appellare liberum integrūq̃ sit.
Neq̃ ullo alio pretextu, colore, quicunq̃ ingenio hu-
mano excogitari possit, præterquam infra commemo-
ratam summam quingentorum florenorum appellati-
onem quis interponat, ab ea quis prohibeatur, impedi-
atur, excludaturq̃, sub pœna in iudices appellationi
ultimæ instantiæ non deferentes, jure publico constitu-
ta, in iudicio itidem Regio succumbenda. &c. Hoc
est Jus, quo hodie in appellationibus utimur. Decla-
ratum id est & temporibus in sequentibus Regiis Re-
scriptis & Responsis, nec non peculiari Recessu appel-
lationis. Ad fori nostri usum maxime pertinet, ut sic-
co pede id præterire arbitrer nefas, & à Professione
mea alienissimum. Abijt igitur Jus hoc antea con-
troversum in regulam certam: Proconvocationes à Du-
cibus Prussiæ ad Poloniæ Reges regulariter esse lici-
tas. Explicanda est hæc primum in suis ampliati-
onibus, postea limitationes videndæ, quæ Privilegium
pariunt non provocandi restrictum. Ampliationes
in Pactis & Recessibus partim generales partim spe-
ciales. Generalis ampliatio consideranda venit ratio-
ne potestatis directivæ & coactivæ, seu ratione dispo-
sitio-

sitionis & executionis. Potestas directiva exprimitur affirmativè & negativè. Affirmativè, quòd appellatio prædicta omnibus debeat esse licita, libera & integra. Negativè dum removentur obstacula, scilicet, quòd libera esse debeat, sine ulla exceptione, sine prætextu & colore, quicumq; humano ingenio excogitari possit. Duo hîc notatu digna. Primum, quòd appellatio debeat esse libera, id est, ut is, qui se gravatum putat, possit appellatione uti vel non, prout voluerit. Res posita in arbitrio litigantium, non in Juris necessitate. Possunt igitur salvis pactis appellatione non uti, sive ante sententiam renuncient, sive post sententiam intermittant, aut interpositam deserant. arg. l. ejus est 3. & seqq. ibi Dd. de R. J. Quod si semel fecerint, ad provocationis auxilium redire ipsis liberum non est, quia, quæ sunt ab initio voluntatis, ex postfacto fiunt necessitatis, ut non immeritò in Responsio Regio anni 1615. appellationem desertam prosequi volentibus multa ducentorum Ungaricalium, cum refusione expensarum damnorumq; infligatur. Alterum est, ut hanc appellandi libertatem accipiamus, an supra jus extensam, an Juris regulis restrictam? Et posterius placet. ne Rex videatur aliàs malitiis hominum fenestram aperire voluisse: & quia libertas omnis Juris & Justitiæ regulis conclusa tenetur. §. 1. Inst. de jure pers: quin nec facere nos posse credendum, quæ jus lædunt & bonos mores. l. non dubium 5.

um §. C. de legib. In ipsis Recessibus sunt exceptiones, quibus inhibetur facultas appellandi. Igitur cum Recessus ait appellationes liberas esse debere sine exceptione, id accipiendum de frivolis, quæ merentur rectius nomen prætextus & coloris, quàm legitimæ exceptionis: accipiendum de exceptionibus putativis, ingenio humano excogitatis, quibus præter jus per judicem à quo appellationes variis modis partim impediebantur, partim excludebantur, ut loquitur Recessus anni 1612. non de illis quæ fundantur in ipsismet Recessibus. non de aliis, quæ in jure communi & usitato perspicuè fundatæ, ut illas Recessu specialiter exprimi haud visum fuerit necessarium. Nam dum Privilegium certos casus jure communi appellabiles, reddit non appellabiles, utiq; non debet intelligi, alios omnes casus, per se non appellabiles, reddere appellabiles voluisse, ne in favorem Ducis Prusis constitutum, adversus regulam juris, & sanæ rationis dictamen, in ejus odium, ipsiusq; justitiæ detrimentum convertatur, l. quæ in favorem de R. J. Quod si Judex à quo, causam vel ex communi, vel ex Recessuum speciali jure non appellabilem pronunciet, appellanti, si causam appellabilem esse perspexerit, ad extraordinariam appellationem confugere liberum, ut Rex ipse dijudicet, imprimis si causa sit appellabilis, nec ne. Et hætenus etiam in causis non appellabilibus libera est omnibus provocandi potestas, scilicet respectu Judicis à quo, qui

qui sine effectu rei judicatae statuit, num causa sit ap-
pellabilis nec ne: Statuit tantum ideò, ut Regi constet
de causa, pro qua non recipit appellationem, de eadem,
an justa sit, in Regio Judicio decreturo. arg. l. secun-
dum 6. de appell. recip. vel non. Extant hanc in rem 11.
præjudicia, quibus Rex appellationes ab Aulico Judi-
cio Regiomontano admissas, non admissibiles, ut in cau-
sa Johannis Kersten contra Job. Hilbrandi hæredes,
anno 1614. & rejectas, admissibiles pronunciauit. ut
in causa Ge. Lölhöfelij contra Martinum Melotken,
quæ prima ad Regium Judicium devoluta, sed anno
1615. demum finaliter terminata. Quantum verò 12.
ad Regem, nulla appellatio libera, nisi in causa appel-
labili. Temerè appellantes temerariam appellandi li-
bertatem non ferunt impunitam, sed ultra sumptus
& damna parti adversa refundenda ducentis Vnga-
ricalibus mulctari consueverunt. & hoc est, quòd in
d. Responso anni 1615. multa decreto Regiæ M^{te} sta-
tuitur esse decernenda. Non punitur tamen appella- 13.
tio temerè interposita, si Appellatus non possit proba-
re insinuationem appellationis, & terminum in Judi-
cio Regio, scilicet negante hoc appellatore. ita decre-
tum in causa Christ. Kersten contra Schart & Gru-
ben anno 1615. in juridica vernali. Hoc pacto genera-
lis hæc regulæ propositæ ampliatio, generalem quan-
dam limitationem includit, ut appellare liberum non
sit in casibus jure vel communi vel provinciali ex-
ceptis

14. ceptis, de qua postea. Vt autem lex omnis imperfecta est, quæ modum non habet, quo id, quod statuit, vires acquirat, etiam aduersus inuitos: vide Cuiac. 19. obs. 30. ita frustra Rex iussit appellationes esse liberas, si
15. libertatem hanc potestate coactivâ non tuetur. Tuetur autem dupliciter. Primò, monstrando modum, quo appellatio non possit non semper exitum invenire. Secundò, sanciendo pœnam aduersus Iudices appellationibus nõ deferentes. Modus est, si Iudex appellationi ordinariæ interpositæ deferre detrectet, ut extra ordinem appellare licet. Extra ordinem verò qualiter rectè appelletur, in recessu appellationis anno 1614. publicato erudimur negativè & affirmativè. Negativè, dum necessitas Citationis, quæ aliàs in appellationibus extraordinariis ex stilo & observantia Iudicij Regij intervenire solet, est abolita, quia & in extraordinariis appellationibus partes terminum habent ipso jure. In specie verò inhibentur Citationes ex hoc capite aduersus Iudicium Aulicum ejusq; membra, sub pœna annullationis, sexcentorum insuper Vngaricorum, aut carceris ad sex septimanas.
17. Affirmativè, dum Appellatio extra ordinem non tantum interponenda, vel in quocunq; alio jure, vel ad Acta quacunq;, vel etiam apud Notarium publicum: sed etiam interposita ad notitiam Partis, contra quam appellatum est, Iudicijq; ejus, à quo appellatur, deducendo. Neq; enim extraordinaria appellatio, sine probata

bata insinuatione, prosequibilis. Ita decretum in cau-
sa Fronstbalsiorum contra Borcken anno 1618. juri-
dicâ vernali. Consuevit autem hæc notificatio fieri 19.
per eundem Notarium, apud quem extra ordinem ap-
pellatum, qui & Acta, cum in Judicio Aulico dene-
gantur, in Latinum transferat, aut translata per a-
lium, cum exemplari germanico conferat, in præsen-
tia aduersæ Partis interesse volentis, aut etiam in ejus
absentia, comparere detrectantis: deinde subscribat,
sigillet: Instrumentum deniq; appellationis extraordi-
nariæ super toto actu conficiat & extradat, in quo res
gesta cum omnibus suis circumstantiis dextrè expona-
tur. Reliqua eodem modo se habent, ut in appellati-
one ordinaria. Effectus interpositæ extraordinariæ 20.
appellationis est, ratione Judicis à quo, idem, qui est
ordinariæ: ratione Regis verò, ut in primis cognoscat,
an à Judicio Aulico, secundum aut contra jus, trans-
actionem publicam, definitionemq; Recessuum appel-
latio non fuerit recepta, ut extraordinaria vel admit-
tatur vel repudietur, & admissa quidem causam
principalem faciat in Judicio Regio tractari: repudi-
ata, sententiam Aulici Judicij in rem judicatam tran-
sire. Alterum, quo Rex libertatem appellandi tu- 21.
etur, est pœna. In qua ne aberremus, examinandum,
quæ constituta sit, & constituta qualiter exigatur.
Ut rectè percipiamus pœnam ipsam constitutam, per-
pendamus factum & jus. Factum in sua qualitate
C & in

- Et in personis facientibus. Factum tale esse oportet, ut eo quis ab appellatione vel prohibeatur, vel impediatur, vel excludatur. Prohibendi verbum ad generalem quandam sanctionem refertur hic imprimis, qualis fuit in ordinatione Judicij Aulici, ne in univ^{er}sum quis appellaret sub pœna corporali aut amissionis bonorum. Hæc prohibitio in Recessu anni 1609. disertè abolita, Et ne in posterum in usum reducatur, generali hoc prohibendi verbo Commissarij Regij in Recessu anni 1612. præcavere voluisse videntur. Sed etsi non Constitutione generali, sed Mandatis, minis, pœnis ad versus singulos appellare volentes directis, quis ab appellatione prohibeatur, pœnæ locus est. Prohibendi enim verbum generale est ad omne id, quo quis vetatur, ne facere incipiat. Impeditur autem propriè appellatio, quæ jam interposita est, non tantum faciendo, sed Et non faciendo. Faciendo, si Appellans conjiciatur in carcerem, aut viæ aliæ omnes appellationis prosequendæ præcludantur. Non faciendo, si ea, quæ à Judicè fieri oportet, Et sine quibus appellatio expediri nequit, denegantur, veluti si Acta vel documenta necessaria non extradantur. Excluditur deniq; ab appellatione, cui per expressum negatur, jus esse appellandi, cum tamen ei jus sit, quocunq; tandem prætextu vel colore id fiat. Et ut summatim dicam, quacunq; tandem ratione judex inferior quid machinetur ad versus appellationes ad Regem interpositas, pœnæ

pœnæ locus est. Quod omne tamen cum effectu accep- 26.
tum velim, scilicet ut fiat cum intentione infringendi
libertatem appellandi, & ut reapse appellanti omnis
ratio appellationem prosequendi intervertatur. Et
enim quando Judicium Aulicum de appellationis ad-
missibilitate pronunciat, animi tantum sui sententiam
super frivolo explicat, quæ Appellanti sit instar Apo-
stolorum refutatoriorum, quantum ad appellationem
ordinariam; nec ideò intelligi potest illi denegatum
remedium extraordinarium, in hunc casum Recessi-
bus destinatum. Quod si negatâ ordinariâ etiam
extraordinariam prohiberet, impediret & exclude-
ret, ita ut appellans eam interponere non posset, & ju-
re provocandi planè ipsi carendum esset, maxime si
spretâ extraordinariæ appellationis insinuatione, vel
etiam monitoriis Regiis de appellatione deferenda,
procederet ad ulteriora, & quod pronunciauit, man-
daret executioni, tunc demum verè Provocans con-
queri potest, se ab appellatione esse prohibitum, impe-
ditum vel exclusum. Neq; enim negatâ ordinariâ
appellatione, statim appellatio in totum negata est:
nec licitum est judicium aulicum vel ad citare, quan-
do appellatio extraordinaria superest, nedum accusa-
re, vel pœnæ commissæ reum peragere. d. Recessu
Appell. §. quocirca cum eo Recessu. Personæ, quæ ap- 27.
pellationem prohibent aut impediunt, atq; ex inde te-
nentur, aliæ non sunt quærendæ, quàm quarum est

appellationibus ad Regem deferre: sunt iudices, a quibus interposita appellatio ultimam parit instantiam: seu Serenissimus Elector in persona sententiam dixerit, & ab eadem provocationem esse noluerit, seu iudicium Aulicum. Et quidem si Serenissimus Elector in propria persona provocandi licentiam cuiquam, ut praedictum est, interverterit, certum est. Aulici iudicij Adfessores hoc nomine non esse inquietandos, si vel expresse talia suggerendo vel consulendo, aut tacite monitiones ex officio debitas intermitendo, sed pertinaciter resistendo. l. quoniam 21. C. de Appell. facti non fuerint huius excessus participes, ne delicta alios teneant, quam autores suos. Quod si a iudicio Aulico tale quid perpetratum fuerit, multum interest, inscio vel contradicente, an conscio & approbante Principe factum sit. Posteriori casu regula locum habet, Mandantem & Mandatarium eadem pena dignos. arg. l. si quis id. 2. §. fin. de Jurisd. l. vulgaris 21. §. Si duo 9. de furt. l. non solum II. §. Si mandat. 3. de injur. Priori casu, Princeps excusatus est, nec facti Consiliariorum debet praegravari, quando nihil est, quod ipsi imputetur. Igitur equum videtur, ut tunc poenam illi sustineant, qui in Recessum appellationis commiserunt. nec culpa levamen ex arario Principis sperent, si ve omnes si ve aliqui prohibita appellationis legitime fuerint convicti, Sed & negante iudicio Aulico appellationem, Princeps eandem

dem concedere potest, ut factum in causa Martini à
Pröcken contra Friderici à Pröcken heredes Regio
decreto anno 1614. terminata. 30. Causas puniendi, nec
non personas, quæ pœnam mereri possunt habemus, ad-
damus jus ipsum, seu pœnæ, quæ vel qualis sit, defini-
tionem. Pœna non specialis est, sed ex jure commu-
ni desumpta, scilicet in Judices, appellationi ultimæ
instantiæ non deferentes, constituta. De qua pleni-
ùs suo loco erit dicendum: interim videri potest.
l. quoniam 21. C. de appell. nov, 126. c. 3. 31. In pœna hac
exigenda spectari convenit personas, & modum.
Personæ sunt Actor, cui exactio competit, & Judex,
cujus est de eadem statuere. Et si pœna largitioni-
bus Regis inferenda est. d. l. quoniam 21. si ratione
Superioritatis venerandæ, Regis ipsius, si ratione
Privilegiorum violatorum omnium Ordinum, si ra-
tione damnorum & dispendij litis, appellantis inter-
est, integrum esse omnibus jus provocandi; jus exi-
genda pœnæ, non tantum Parti læsæ, sed & Regio
Advocato, & quibuslibet ex Ordinibus, eo ipso con-
cessum videtur, dum agendi facultas ad nullam per-
sonam in Recessu specialiter restringitur. 32. Statuere
autem an pœna commissa sit, ad solum Regem, tan-
quam directum & supremum Dominum pertinet.
quippe Aulicum Judicium sibi ipsimet Judex minus i-
doneus, maxime in casu præsentis, qui ad ejus vere-
cundiam damnunq; pecuniarium pertinet, nec alium

superiorem recognoscit, quam Regem, cum utatur & nomine tituloq; & potestate, in causis judicialibus Electorali. Casus hic in dicto Recessu nominatim reservatur Judiciio Regio, in quo poena illa praefinita sit succumbenda. Et cum B. D. per Citationem Judicium Aulicum ex hoc capite ad Regium Judicium evocasset; Judicij vero Aulici Mandatarius declinatoriam fori, & quod ante coram Illustrissimo Electore conveniri deberent, opposuisset; causa cognita, ex Partium controversia decretum, Judicium Aulicum in Judiciio Regio respondere teneri. Similiter in d. Responso anni 1615. cum generaliter statuatur, ne causae in Judicium Regium, nisi per appellationes devolutae, introducantur, manifeste excipiuntur illae, quae per accusationes ratione gravaminum Judiciio Aulico intentatae & motae fuerint. & ita anno eodem in Juridica autumnali decretum in causa Iohan: Kersten contra Judicium Aulicum. Modum vero & processum non esse alium in poena exigenda observandum, quam qui ex more Judiciorum alias observari solet, inde manifestum evadit, quod poena dicitur in Recessu succumbenda, in Judiciio Regio. Regium autem Judicium non est, si Rex vellet procedere sine Judiciio, aut sine illis requisitis, quae a Judiciio justo & inculpabili abesse nunquam possunt. Ea propter non possunt declarari in poenam incidisse, si non fuerint auditi, ut autem audiantur, citandi sunt.

Nam

33.

Nam ita juris est, actum nullum esse, si citati non fuerint, quorum interest. Ita in casu præmemorato citatio præcessit. Et post causam examinatam Judicium Aulicum fuit absolutum: Nec in contrarium moveri debemus Recessu appellationis, qui Citationes adversus Judicium Aulicum editas, seu prætextu appellationis extraordinariæ, seu alterius gravaminis cujuscunq; annullat, Citationis authorem, Advocatum, Notarium & testes punit: Loquitur enim in illis præcipuè terminis, quando ordinariâ appellatione præclusâ locus relinquitur appellationi extraordinariæ, & quando citatio fit in processu appellationis cum parte adversa continuando, in quo antea etiam Judici terminus assignari solebat, quod in Recessu anni 1612. sublatum est. Aliud autem juris est, si omninò quæcunq; appellatio prohibeatur vel impediatur, & cum inde principaliter adversus ipsum Judicium Aulicum processus ratione gravaminum instituitur; idq; satis evidenter patet, cum ex ipso contextu, tum quod excipiantur casus in præmemorato recessu, scilicet anni 1612. & decretis anno 1609. comprehensi, inter quos etiam habetur hic noster, qui & specificè repetitur in d. responso anni 1615. Sed etsi Citatio ratione fori, scilicet, ut Judicium Aulicum apud Regem exinde forum sortiatur, & respondere cogatur, pro legitima fuerit declarata, fieri tamen potest, non tantum ut Judicium Aulicum in
princi-

34.

35.

principali seu ratione prætensi gravaminis absolvatur, quod hucusq; factum est semper: sed etiam ut prædictæ pœnæ locus sit, si apparuerit manifesta Civitatis temeritas. Eadem tamen remittitur illis, quos justam conquerendi causam aliquam habuisse visum fuerit Regi, ut & factum in causis prædictis Derscho-
viana & Kersteniana.

Licentia Provocandi Prusliæ Du- calis Ratione Persona- rum.

1. **S**peciaticim ampliationes juris provocandi consi-
derandæ ad res & personas. Ratio persona-
rum in jure plerunq; potior & prior. §. fin. Jus-
tit. de Jure nat. gent. & Civili. Hoc loco ob oculos po-
nendi tantum Judices & Appellantes. Judex ad quem
ultima provocatio, est Regia Majestas, Judicium Re-
giæ M^{tes}, Judicium Regium. Tot enim verbis res ea-
dem in Recessibus exprimitur. Cum autem Judicium
2. Regium aliud sit Relationum propriarum, cui Rex
personaliter præest, aliud adessoriale, quod Regni
Cancellarius vel Vice-Cancellarius cum Adessori-
bus exercet: ab initio quidem haud satis planum fu-
it, quodnam intelligeretur. Et primordium quidem
appellationum cepit apud Judicium adessoriale. in
causa G. Lölhöfelij, quæ ibi anno 1613. adjudicata,
sed

sed ulteriori Melotkiorum provocatione ad Judici-
um Relationum Regiarum fuit devoluta. Verum 3.
cum non videretur ex re esse, instantias præter neces-
sitate[m] multiplicari, nec dignitati Electorali & Du-
cali, quæ juxta pacta proximum à Rege locum meru-
it, conveniens, ab eadem provocationes ad inferio-
rem fieri; nec verba pactorum & Recessuum aliud,
quàm Regium Judicium, quod propriè & immediatè
tale est, exprimere viderentur; & illa ipsa Lölhöfe-
lij causa in Judicio relationum, ut & aliæ omnes tra-
ctata ac definitæ, & in Recessu appellationis disertè
sancitum, ut appellationes rectà ad Regem Judicium-
q[ue] relationum Regiarum propriarum Judicio Adses-
soriali omisso devolvantur. §. & primum quidem.
Judex à quo ad Regem provocandi facultas datur, est 4.
Electo[r] & Judicium Aulicum. Non distincta sunt
judicia sed unum. Electo[r] enim solus pronunciat
nunquam, sed Judicio Aulico interveniente, aut ab-
sentis personam representante. Licet autem Sere-
nissimus Electo[r] in persona causam aliquam dijudica-
ret, & Judicio præsideret, quanquam tunc non facile
appellationem cuiquam suaserim, tamen, ut sciamus,
si opus fuerit, etiam ab ipso Electo[r]e provocare fas
esse, Electo[r] & Judicium Aulicum in Recessibus dis-
junguntur, ratione provocationis ab utroq[ue] admit-
tendæ, ut non sit differentia, an Electo[r] ipsemet, an e-
jus nomine Aulicum judicium pronuntiet. Auli- 5.
cum

D

cum

cum iudicium qualiter accipiamus, videndum. Vi-
gore formulæ regiminis & Testamenti Principalis
non tantum Præses, cum Adfessoribus, sex scilicet
Nobilibus, & tribus Doctoribus ex civico statu, sed
& quatuor Consiliarij supremi iuridicundo sunt præ-
fecti. Verba Testamenti sic habent: förderlich aber
sol von ihnen (scilicet den Regiments vnd Ober-
Rähten / als Hoffmeistern / Ober Burggraffen /
Sanzlern vnd Ober Marschalln) neben andern
vnsern lieben getrewen Hoff vnd Gerichts Räh-
ten / recht vnd gerechtigkeit nach billigkeit / dem ar-
men so wol als dem reichen / vnangesehen einiger
Person / trewlich administriret vnd mitgetheilet
werden. Verum cumulatim postea negotiis, Consilia-
rij Regentes rebus œconomicis & aliis publicis occu-
pati, tractationem causarum judicialium Præsidi cum
adfessoribus prædictis reliquerunt, nec nisi in causis
arduis à iudicio aulico interpellantur. Inde Aulicum
iudicium, Præsidis & Adfessorum proprium factum;
6. eoq; pacto accipitur in Recessu anni 1609. Sive au-
tem Aulicum iudicium sine Regentibus, sive cum Re-
gentibus, sive Regentes sine iudicio aulico sententiam
proferant, certum est, provocationem gravato non
esse negandam. Semper enim prætendi oportet titulum
Electoraalem, sive omnes sive aliqui ex his pronunci-
ent. at ab Electore provocationem esse constat.
Sed & Domini Regentes, si quo casu ius reddant,
vicem

vicem Judicij aulici subeunt, nec majori prerogativa
fulgent, quam Elector ipse, cujus sunt ministri & con-
siliarij. Est casus, quo Domini Regentes soli cogno- 7.
scunt in Recessu anni 1617. expressus, si scilicet e Ca-
pitaneis aliquis ratione malae administrationis suspe-
ctus sit. & tamen ad S.R. M^{tem} gravato appel-
lare liberum relinquitur. Praeter hos Consiliarij ex- 8.
teri, quos Serenissimus Elector secum habet, ad consi-
lia negotiaq; publica nullam ratione hujus Ducatus ad-
hibentur, sed secundum formulam regiminis, testa-
mentum Principis primi, aliaq; jura Ducatus per
Consiliarios Regentes, aliosq; Magistratus indigenas
omnia aguntur & administrantur, quod etiam repe-
titum in Recessu anni 1612. Quod si ab ipsis in qua-
cunq; re contrarium fiat, Actus nullus est, nec
appellatione opus. Quin ipsi in Ducatu tanquam fo-
ro ex delicto quaesito coercentur & puniuntur, ut ex-
tat in Responso Regio anni 1616. §. in tractandis 47. &
seqq. & in Responso anni 1617. §. circa exteros. Por- 9.
ro respectu appellantium quoq; licentia generalis est.
Nam generaliter verbo universalis permittitur o-
mnibus appellatio; qui autem omne dicit, nihil exclu-
dit, insuper, ne quae remaneret ambigendi occasio, tol-
litur discrimen conditionis & fortunae. in d. Recessu
anni 1612. Quibus verbis prima differentia remove- 10.
tur inter incolas & exteros, quondam introduci coep-
ta. Privilegium appellationis incolis datum pra-

tendebatur, cujus peregrini non essent participes. Sed in appellatione non tantum incolarum jus, sed & Regis Superioritas versatur, cui ex jure directi dominiij suprema instantia, & in causis exterorum non minus debetur, quam Prussiae Duci tanquam utili domino, post ultimam proxima. Deinde cum inter incolas nobiles & plebejos ex Privilegio Lublinensi circa provocationem discrimen constitutum esset, verbis praecedentibus hoc quoque peremptum est, & cujuscunque status homini, qui se gravatum existimavit, sive nobilis sive ignobilis, sive civis, sive rusticus sit, facta provocandi facultas. Non constitutum tantum hoc est, sed & in diversis causis, quibus rustici etiam adversus nobiles in judicio regio victores extiterunt, in usum deductum, quas referre arbitror super vacuum.

Licentia Provocandi Prussiae Ducalis Ratione Rerum.

I. **A**mpliata provocandi facultas & in rebus, tum illis, a quibus provocatio est, tum moderatione. In re de qua fit provocatio, formale spectandum & materiale. Quantum ad formale sententiam esse oportet, de qua provocare fas sit. Expressè enim Recessus mentionem faciunt sententiarum; idque eo pertinet, ut sciamus, si absque sententia quis

quis gravetur, non opus esse appellatione: quippe
nunquam acquirit vires rei iudicatae, sed actio hoc no-
mine primum est in iudicium introducenda, ut causa
cognita sententia feratur, à qua deinde gravato ap-
pellare sit integrum. Et huc pertinent Responsa 2.
Principis in Conventibus Provincialibus ad quere-
lis Ordinum emanata, Landtags Abschiede| quæ
si acceptantur, valent ex Ordinum comprobatione:
Sin repudiantur, triplicem viam observari, nempe
replicandi, provocandi ad officinam iustitiæ, & ap-
pellandi ad S. R. M^{tem}. Inprimis via replicationum
fræquentatur, per quam responsum, quando scilicet
non datum per modum sententiæ, in suis fundamentis
examinatur, & producuntur rationes, quibus Prin-
ceps motus idipsum reformet. Et iste processus est
amicabili cuidam compositioni & tractatibus extra-
judicialibus similis. Quod si princeps persistat in sua
sententia, illa non statim est pro re iudicata, nisi hoc 3.
manifestè actum esse constet, sed est in arbitrio Ordi-
num gravatorum, an malint causam totam in foro
contentioso disceptari, quo interdum & Responsis
principalibus remittuntur expressè, daß sie ans
recht verwiesen werden| maxime si magis sit pri-
vata quàm publica: Quod si hoc utrinq; actum, eaq;
intervenerunt, ut ultimum Principis Responsum pro
sententia haberi debeat, ab eodem ad S. R. M^{tem} pro-
vocandum. Duplici enim persona Princeps his in

causis fungi mihi videtur, juxta distinctionem modò
traditam. Partis aut Persuasoris, in Responsis di-
sputativis & persuasoriis, tum quoq; Judicis, in Re-
sponsis finalibus, iisdemq; decisivis. Viæ igitur pri-
ori insistendum tunc est, cum cause merita nondum
satis ultrò citroq; ventilata ut in foro contentioso pan-
dantur exactius; Princeps, cum æquitatem subesse
perspexerit, sententiam mutet, aut si nolit, acta ad
cognitionem Superioris veniant sine defectu infor-
mationis sufficientis. Posterior autem via termino fi-
niendæ litis propior multò & plana satis, si negotium
jam satis superq; hinc inde agitatum, ut quod resolu-
tione Principis finire non potuit, de eo sententia & Ju-
dicium S. R. M^{is} expetatur. Et hanc ingressi sunt
4. Consiliarij pleriq; terrestres anno 1616. nec repudia-
runt, nomine Electorali, Domini Regentes & Consi-
liarij aulici & exteri, unde & Regium responsum an-
no eodem subsequutum. Certus autem modus circa
gravamina pactis & privilegiis contraria præscript^o
in responso anni 1617. §. modum autem, & seqq. ubi
videri potest. Item huc pertinent Recessus Domino-
rum Regentium, uni aut pluribus in rebus ad princi-
pem pertinentibus extrajudicialiter dati: Item, si
5. quid per Visitatores aut similes personas exigatur vel
à subditis, vel ab exteris, in quo se putent gravatos.
Non enim appellatione opus, sed sufficit contradictio
& provocatio ad causam, daß man sich nicht schule-
dig

dig befinde solches einzugehen/ vnd da man fernere
Ansprüche nicht vnterlassen wolte/ sich zu recht
wolte erbotten haben. *Quinetiam à iudicio aulico* 6.
sine sententia pro vocationi non est locus. Exemplum
habemus in nobili Martino à Pröcken, qui quandam
scripturam sibi edi à iudicio Aulico petierat, eodem-
q̄ negante ad Regem pro vocaverat. Decretum
autem fuit anno 1616. in iuridica vernali, causam non
esse appellabilem, & à nudo aulici iudicij responso ad
Actoris privatam affectationem dato appellare non
licere. Sententiam hinc accipere debemus iudicia- 7.
lem, cum is, qui ius cognoscendi habet, de lite statuit
& pronunciat. arg. l. pronunciatum 46. in pr. ubi
dixi, de V. S. & quidem eâ mente, ut litigantes secun-
dum id discedere à tota controversia velint. Nam
non tantum iure civili sententia proprie sic definitur,
l. qualem 19. §. dicere 1. de recept. arbitr. sed & expressè
in Recessibus additur, appellationes à sententiis defi-
nitivis, aut vim definitivæ habentibus liberas esse de-
bere. Quæ verò sit sententia definitiva, aut habens
vim definitivæ, ex iure communi suo loco erit decla-
randum. vide Gail. 1. obs. 130. In Recessibus specialiter 8.
exprimitur casus negatæ Citationis. Citationes nemi-
ni negari debent, cum liberum cuiq̄ sit iure agere, a-
lioquin ei, cui citatio negata fuerit, liceat ad iudici-
um M^{is} Regiæ ob eam ipsam causam pro vocare.
est in Responso Regio anni 1616. §. 57. Nempe citati-
onis

onis negatio vim habet sententiæ & quidem definiti-
væ. Eâ enim mente fit, ut Actor à lite discedat,
arg. d. l. 19. §. 1. si non competat illi jus agendi. Ne-
gari autem Citationes intelliguntur, non tantum ver-
bis, si expressè dicatur, non esse decernendam, sed &
facto ipso, si Actor eandem instanter petens non ex-
audiatur. Qui enim non facit, quod facere debet,
scilicet Citationem decernere, facit id, quod facere
non debet, scilicet Citationem negat. l. qui non facit.
121. de R. J. Animadvertens igitur actor, se citati-
onem obtinere non posse, cum Notario & testibus co-
ram Judicio aulico compareat, ibidemq; petat citati-
onem decerni, & si non exaudiatur, appellet, sumat-
q; à Notario Instrumentum super petita & non im-
petrata citatione, quo utatur loco Actorum, si for-
san ordinaria appellatio fuerit denegata. Quacun-
q; igitur forma sententiæ proferatur, modò sit definiti-
va, aut vim definitiva habens, sive in scriptis, si-
ve sine scriptura, vivâ voce, aut facto ipso, apparet
provocationi locum esse. Insuper & materiale seu
negotium sententiâ comprehensum in considerationem
venire debet, non quidem simpliciter sed intuitu gra-
vaminis. Et quidem ratione appellantis multum re-
fert, an verè subsit gravamen, an illud subesse tan-
tùm opinetur vel etiam fingat. Casu enim priori
spem concipere potest sententiæ reformandæ, posteri-
ori pœnas temerè appellantium metuere debet jure &
Reces-

Recessibus præfinitas. *At* quantum ad *Judicium* 11.
aulicum, non interest, verè an putativè gravamen
subsistat. Nam in *Recessu* anni 1612. *appellationis* li-
bertas datur omnibus, qui se gravatos sententiâ exi-
stimârint: idq; ideo, quòd ad *Superiorem* spectet co-
gnitio isthæc, num subsistat gravamen, quam *appellati-*
one non admissa habere nequit. Igitur sine isto dis- 12.
crimine veri aut putativi gravaminis *appellationsi-*
bus interpositis deferendum. *Modus* appellandi
ampliatus in verbis & reipsâ *Verba* certa & *solem-*
nia non requiruntur. Igitur quacunq; ratione constet
de mente appellare volentis, *appellatio* tenet. Nam
& *Recessus* verbis cum appellandi tum provocandi
utuntur promiscuè: & *jure communi* non requiritur
certa verborum solemnitas. vide S. p. 1. c. 3. In reipsa 13.
modus appellandi extensus specificè & generaliter.
Specificè, dum removet *subscriptionem* partis, & *ad-*
sistentiam Procuratoris, quæ ab initio in *appellationsi-*
bus exigebantur. Nam cum terror pœnæ corporalis
& pecuniariæ *aulici* *judicij* ordinatione injectus ani-
mis plerorumq; arctiùs insideret, ac meticulosè *appel-*
lationes interponerentur, pro refrænanda *appellatio-*
nis libertate, pœnarumq; imminentium, aut secuturæ
principalis *disgratiæ* metu augendo, postulabantur,
& *Appellantis* *scriptio*, & *Advocati*, cujus du-
ctu appellaret, *adsistentia*. Id sublatum omninò vo-
luit *Regia* *M^{tes}*, utpotè derogans *juri* *directi* *dominij*.

E

&

Et gravatorum libertati. Et ne qua post introduce-
retur ratio alia, per quam provocandi facultas per in-
directum invito Rege Et Ordinibus coarctaretur,
generaliter modus ampliatus, ut integra omnibus sit
appellatio, sine alia quacunque conditione. d. Recessu
anni 1612.

De Non Provocandi Jure Mo- derno Prussiae Duca- lis.

- I. **L**imitationes regulae antea praeposita pariunt
jus non provocandi restrictum Prussiae Duci-
bus competens. Possunt autem Et illae consi-
derari generaliter Et specialiter. Generaliter rati-
one potestatis directivae Et coactivae. Quantum ad
potestatem directivam, ex c. 28. n. 9. repetendum,
interdictas esse provocaciones, in omnibus casibus, in
quibus nec de jure communi appellare licet: deinde
Et in illis, qui specialiter Recessibus exprimuntur. Il-
li quidem ex juris communis dilucidatione suis in locis
patebunt. Hi vero paulo post specialiter venient
2. enucleandi: Ratione potestatis coactivae, si appella-
tio interponatur in casibus prohibitis, primum labo-
rat vitio nullitatis, ut Et alia, quae contra jus fiunt.
l. 5. C. de legibus. eaque propter aulicum iudicium eam
recipere nec debet nec potest; sed in iudicio Regio, si
appel-

appellans eam extra ordinem prosequi pergat, tanquam nulla rejicitur. Deinde appellans tanquam temerè litigans, Parti adversæ condemnatur in expensas & damna. Deniq; etiam 200.^{us} Vngaricalibus mulctatur, ut est in Responso Regio anni 1615. Et si enim Regium illud Responsum expressè in duobus casibus loquatur, nempe, si quis rem judicatam renovare, aut appellationum fatalis desertam prosequi vellet, tamen, ut Pedius ait, quotiens lege aliquid unum vel alterum introductum est, bona occasio est, cœtera quæ tendunt ad eandem utilitatem, vel interpretatione, vel certè Jurisdictione suppleri. 1. nam ut 13. de legibus. *Vt autem aliàs justa litigandi causa facit, ne victus condemnatur in expensas, Decius ad l. 42. n. 7. de R. J. Cagnol. ibidem num. 19. Menoch: 2. Ajud. quæst. 177. ita potest quandoq; causa subesse, quâ motus liberam appellandi facultatem sibi quis tributam arbitretur, quo casu mulctam remitti dicitur æquitas. Insuper etiam pœna cessat, si ante causam in foro Regio disceptatam & dijudicatam, rebus adhuc integris, pœniteat appellationis appellantem, veluti si appellationem extraordinariam nec Judici nec Parti insinuet. Scilicet appellatio tunc censetur deserta, & deserta est, ac si interposita nunquàm esset. ita decretum in causa Christoph. Kersten anno 1615. Specialiter limitationes considerantur ad personas & res. Personarum appellantium intuitu nulla limitatio*

est, nisi forsan ex jure communi. Sed & limitationes, quæ à personis Judicum afferri possunt, fundamentum in jure communi habent. Olim provocaciones fiebant ad propriam Principis personam, & acta mittebantur Onoldinum, ibiq; litigantes cum maxima temporis & rei familiaris jactura expectabant finalem definitionem, quam & in Ducatu oportebat sanctè custodiri. Verùm quia Curia Onoldina Borussis extraneum judicium est, pactisq; & Privilegiis contrarium, lites extra Regnum produci, meritò hæ provocaciones sublatae sunt, & in usu esse desierunt, ut ab

6. aulico judicio provocatio non sit, nisi ad Regem. Similiter quòd non à quibuscunq; judiciis inferioribus statim Rex appellari possit, aut debeat, sed causam prius ad aulicum Judicium oporteat devolvi, non tantum ex pactis est, sed etiam ex jure communi, quo regulariter appellationes gradatim sunt interponendæ,

7. infra p. 4. c. 1. In rebus quoq; hoc loco spectanda cause ipsæ & appellationum modus. Cause aliquæ non appellabiles ratione qualitatis aut quantitatis. Qualitas vel ad materialia spectat, vel ad formalia. Materialia intelligo ipsum negotium, de quo lis est. Hujus intuitu limitatio liberæ provocandi licentiæ est in rebus Principis ac œconomicis. In eo autem ne aberremus, sciendum, non per modum specialis Privilegij concedendi hoc Regem respondisse, sed quia æquum sit. Igitur secundum Jus commune. l. 4. l. ult. C. quo-

E. quorum appell. non recip. eaq̄ propter tanto minus
hoc esse accipiendum universaliter, sed ijs adhibitis
conditionibus, quæ in Recessibus exprimuntur. Ete- 8.
nim si universaliter accipias, consequens erit, nun-
quam in causis ad ærarium aut œconomiam Principis
pertinentibus Jus provocandi superesse, Et sive de
feudo, sive de re allodiali existat inter Principem Et
subditum controversia, nomine Principis prætendi
posse, spectare eam ad rei familiaris incrementum vel
decrementum, ad privatas Principis rationes. Ast
in Recessu anni 1609. in causis omnibus, seu feudali-
bus, seu alijs quibuscunq̄ cautum expressè, salvam
esse Et in his casibus appellationem ad S. R. M^{tem},
S. de appell. & seqq. cui S. R. M^{tem} in quoquam de-
rogare voluisse neutiquàm præsumendum. In Re- 9.
sponso anni 1615. S. fin. quod primum ponitur hujus
limitationis fundamentum, hæ conditiones sunt. I.
ut illi demum non appellent, qui privatas Principis
rationes tractant; ergo, qui non tractant Principis
rationes, hoc prætextu appellare non possunt prohibe-
ri. deinde nec prohibiti sunt intelligendi, qui Princi-
pis quidem rationes tractant, sed publicas: tantum
enim de privatis loquitur regium responsum, Et ne
quæ dubitatio superesset, in sequenti Responso anni
1616. S. responsum 53. prius illud Rex ipse declara-
vit, ne alij, præter nudas, Et ad nutum amovibiles
ministros appellationis prærogativâ exclusi censean-

10. tur. Privilegiatis jure se tueri, & appellare licitum esse debere; modo non appellent temere, quo casu arbitraria poena S. R. M^{is} subjacent. Specialius verò de Capitaneis ratione mala administrationis suspectis cautum in Responso anni 1617. ut primum coram Commissariis, deinde Dominis Regentibus summarie cognitio absolvatur, & Reus latae sententiae evidentissimam iniquitatem probare voluerit, pecuniâ, in quam condemnatus, depositâ, aut prestatâ idoneâ cautione, & relictâ (quantum ad rationes, non jurisdictionem) Capitaneatus sui administratione in sequestro, ad Regem provocet, causam intra spatium duarum septimanarum à sententia lata computandarum definiturum. Secunda conditio est, ut illi ipsi, quibus scilicet provocatio negatur, propter rem œconomicam administratam obstricti sint, Ergò, si qua alia causa ipsis cum Principe intercedat, citra rei œconomicæ administrationem, appellare non prohibentur, siquidem exceptio regulam firmat in casibus non exceptis; eamq³ interpretationem facit Rex ipse in d. Responso anni 1617. dum ait: se Rescriptum de non concedenda appellatione in rebus œconomicis tantum de actione residui intellexisse, vide l. sacrilegi 9. §. fin. ibi Dd. ad L. Jul. peculatus. Tertia conditio effectum rei continet, ijs appellationis refugium quo minus Ill^{mo} Principi satisfaciant, suffragari non posse. Videtur ergo appellationis beneficium non
nega-

negatum simpliciter, sed tantum quoad effectum sus-
pensiuum. appellatio illorum non suspendit executi-
onem, sed eadem non obstante satisfacere tenentur.
Ratione autem effectus devolutivi hic nihil inuenio,
quod precise appellationem tollat. Igitur conjicio
hac conditione liberum esse appellanti suam appella-
tionem prosequi, modo ante satisfaciatur sententiae, ut
si postea in foro Regio constiterit ipsum non debere
suum recipiat: quae tamen in parte optarim à S. R.
M^{te} interponi quandam elucidationem. Sanè si
illo casu appellatio in totum haberi debet negata, non
negatum tamen crederem remedium. Principem
ratione gravaminis sibi illati coram aulico iudicio
conueniendi, & ab ejus sententia ad Regem provo-
candi. Nam in Recessu anni 1609. sine ulla distincti-
one in causis non feudalibus omnibus inter Principem
& Vasallos quocumq; nomine intercedentibus iudici-
um aulicum pro communi & directo foro constituitur
salua appellatione ad Regem, de quo tamen ipso quoq;
tutius foret extare specialem S. R. M^{ris} declaratio-
nem. Ratione formalium primum requiritur, ut sit 13.
sententia, à quo appelletur. Responsum enim an: 1615.
expressè restringit provocandi libertatem ad senten-
tias: tum & cautio anni 1611. & Recessus anni 1612.
nec non Recessus appellationis disertè loquuntur de sen-
tentiis tantum, & quidè definitivis, seu vim definiti-
væ habentibus. Ergò appellare non licet sine sententia. 14.

Quid

Quid ergò si quis gravetur aliterquàm sententiâ ?
Distinguendum existimem, an gravamen à Judicio
aulico per modum sententiæ inferatur, ut pro senten-
tia sit, quicquid sententiæ vim habet, veluti si alicui
Citatio negatur. Tantundem enim hoc est, ac si pro-
nunciaretur, Actori non competere jus agendi, aded
ut nec adversam partem citari vel audiri sit opus :
an inferatur, non à Judicio aulico, sed per alios, ut
provocatio ad ipsum Judicium aulicum sit, si judici-
aliter fiat, aut interdictum vel actio in foro compe-
tenti intentetur, si extrajudicialiter. Quod si ipsum
Judicium aulicum sine forma judicij quem contra jus
gravet, forum sortitur apud regem ratione grava-
minum, ut est in Responso anni 1615. §. penult. Vbi
15. autem sententia extat, non tamen quæcunq; sufficit
ad provocandi facultatem. Definitivam esse oportet,
aut vim definitivæ habentem, locis antè allegatis.
Ergo si interlocutoria sit, appellare prohibemur.
Nec moveri debemus verbis Recessus anni 1612. in
quibus non tantum generaliter mentio fit sententiæ,
absq; ulla distinctione definitivæ aut interlocutoriæ :
sed insuper tantum una ponitur exceptio, scilicet si
appellatio sit infra summam quingentorum floren-
rum, & quidem ita, ut perspicue omnes alij prætex-
tus & colores removeantur. Etenim sententiam ibi-
dem proprie accipiendam, scilicet pro definitivâ, aut
vim definitivæ habente, suadet cum jus commune
quo

quo sententia proprie dicta, sic definitur, l. qualem
19. §. 1. de recept. arbitr. tum alij loci in Recessibus &
Responsis Regiis, in quibus nominatim cum particula
taxativa. Tantum additur de sententiis defini-
tivis, aut vim definitivam habentibus. Sed & hoc no-
tatu dignum, istam unicam exceptionem summam quingen-
torum florenorum contineri & hanc ipsam sententiam
interlocutoriam. Aut enim interlocutoria litem in
florenis quingentis terminat; & non manet in termi-
nis nude interlocutionis, sed consequitur vim defini-
tivam, ut ab eadem appellare fas sit: aut si non termi-
nat, dici nequaquam potest, ultra commemoratam
summam quingentorum florenorum interlocutoriam
excessisse, cum vel gravamen non subsit, vel si quod
subest, in definitiva possit emendari. Quae autem sit
sententia definitiva vel vim definitivam habens, ex-
plicabitur suo loco. vide DD. ad l. pen. C. quorum ap-
pell. non recipiantur.

De Restricta Provocandi Facul- tate Prussiae Ratione Quan- titatis.

Causarum quarundam certa ac explicata I.
quantitas est, quarundam non omnino certa
nec expressa à causis ipsis, sed tamen certifi-
cari habilis per comparisonem ad causas certam
F quan-

quantitatem habentes. In illa quantitas absolute considerari potest, & relate. In quantitate absolute considerata spectari debet numerus & res numerata. Vtrumq³ conjungitur in Recessibus, dum appellatio restringitur ad summam quingentorum florenorum, estimationis valorisve usitati. Et quidem ratione numeri extra dubitationis aleam positum apparet, appellationem vel negari, si infra quingentos florenos causa sit, vel admitti si ultra. Quod si causa precise quingentorum sit, dubitari potest, an sit appellabilis, nec ne. Recessus enim anni 1612. expresse loquitur de causa, quæ sit infra quingentorum florenorum summam. Ast Responsum anni 1605 ait; appellationes ad quingentorum florenorum summam restringendas. ita & ipsa summa 500. ad quam usq³ restrictio facta, continetur sub ipsa restrictione. Clarius autem in Cautione anni 1611. requiritur ad appellationem rite interponendam, ut quantitas summam quingentorum florenorum excedat. Igitur ex recessu anni 1612. summa intelligi infra quingentos florenos debet, quæ non excedit eosdem. Res numerata sunt floreni. Variè quidem pro locorum varietate floreni estimantur: sed ut in Camera Imperiali floreni accipiuntur, qui singuli quindecim batzios sive sexaginta crucigeros valent: Mynsing. 5. obs. 83. n. 1. ita in Recessibus ad Ducalem Prussiam pertinentibus floreni ex personis, Regis, Ducis, & Ordinum; tum
etiam

etiam ex loco seu Ducatu ipso, non alij nisi Polonici sunt exaudiendi, qui in Regno, maxime in Ducatu Prussiae, simplici florenorum appellatione communiter exaudiuntur; maxime cum in cautione, anni 1611. mentio fiat florenorum aestimationis valorisve usitati. Usitatus autem valor floreni in Prussiae Ducatu est triginta grossorum polonicalium, quorum unus tantum valet, quantum grossus Marianus, aut duo crucigeri in Imperio. Quapropter licet valor monetae aureae & argenteae in Ducatu ab Anno 1605. quo hoc Privilegium de non Provocando cepit, plurimum creverit, ut Vngaricus, qui tunc nondum 60. grossis valuit, nunc (anno 1618.) octoginta grossis, (an: 1633.) centum sexaginta quinque grossis permutetur: non tamen ideo crevit & jus non Provocandi, cum non certam monetam auream vel argenteam speciem, sed ad certum valorem, qui semper idem est, referatur. Quantitas relate spectari potest ad personam appellati, & ad causam, de qua appellatur. Ratione appellati quaestio occurrit, si causa de qua appellatum infra quingentorum florenorum summam sit, appellatus vero nihil adversus appellationem opponat, an subsistat appellatio? Et quia Privilegium Juris non Provocandi non relictum arbitrio litigantium, sed Juris necessitatem in se continet, atque interesse ipsius Prussiae Principis, nulla Provocatio est, etsi in eam appellatus consentiret. debetque eandem Judicium aulicum ex

officio rejicere, aut si appellans eam extra ordinem
prosequi perrexerit, in foro Regio pro non admissibili
declarari, ut mulctæ subjaceat in temerè appellantes
constitutæ, nec ad causæ principalis dijudicationem
6. procedatur. Eandem ob causam Pars appellata, etsi
ad causæ principalis tractationem processerit, pote-
rit tamen in ipsa conclusione de hoc opponere, cum sit
nullitas ex defectu jurisdictionis, quæ potest perpetuò
opponi, Et à Judice, etiam Parte non opponente debet
attendi. Gail. 1. Obs. 123. n. 2. Mynsing. 3. Obs. 89. ubi
& in Camera Imperiali ita judicatum refert. Causa, de
7. qua appellatur, vel unum vel plura in se continet ca-
pita. Si plura capita in eadem sententia continean-
tur, quorum singulorum quantitas intra quingentos
florenos sit; coaceruatio verò omnium excedat quan-
titem quingentorum, summas conjungi posse pro
fundanda tuendaq; jurisdictione putat. Mynsing. d.
5. Obs. 83. n. 4. Gail. d. loco, n. 3. in f. Verùm Cautio an-
ni 1611. non admittit distinctas quantitates in Ducali
Prussia coaceruari, ut appellationi locus sit, sed sin-
gulas causas singulatim intuetur. Nam in numero
singulari requirit ad appellationem admittendam ut
quantitas, de qua appellatur, quingentos excedat.
non esset autem quantitas, sed quantitates, si plura
capita distincta copularentur. Coeterum si una quan-
titas censeri debeat, ubi plura sunt capita, distinguen-
guendum, an ex diversis actionibus descendant, ut
diver-

diversæ etiam intelligentur esse summæ, l. se idem II.
in pr. de jurid. an una eademq³ actio plures species in
se habeat, ut quantitas una reputetur, etsi adversus
plures aut à pluribus intentata. l. si qui separatim IO.
§. si quis I. & seq. de appell. de quo fusiùs suo loco. In 8.
una eademq³ causa consideratione etiam dignum, ut
computatio instituat, an solius sortis, an & accessi-
onum: tum an spectetur causa in se quanti sit, an ra-
tione gravaminis illati. Et de priori non tantum
Mynsing. d. Obs. 83. n. 5. observavit cumulationem sor-
tis & Censuum in Camera admitti, licet verba Ordi-
nationis quantitatem referant ad sortem, aufß
Haubtgutt: sed & cautio prædicta, & Recessus
non distinguunt, unde quantitas florenorum descen-
dat, nec ullam sortis mentionem faciunt, ut lege non
distinguente nec nostrum sit distinguere; De posteri- 9.
ori certum est, semper quantum petatur, querendum
esse, non quantum debeatur l. cum quædã 19. §. I. de ju-
risd. omn. jud. Sed de illo ambigi potest, quantum pe-
ti intelligatur appellatione interpositã, num tempus
actionis an appellationis debeamus intueri. Veluti si
Titius à Mævio mille petat; Mævius in sexcenta
condemnatus sit: Titius appellet: appellatio tenet,
si tempus institutæ actionis spectamus; petijt enim
mille: non tenet, si tempus appellationis, perquam in-
terpositam non potest sexcenta ptere, quæ & sine e-
adem ex sententia Judicij aulici obtinuit, sed tantum

residuum quadringentorum, quod summā appellabili
minus est. Arbitror autem appellationis tempus ip-
sumq; gravamen spectandum, non causam totam in
se, quia in quantum sententia pro appellante est, in-
tantum ultra petere non habet necesse. Maxime
moveor verbis Cautiois, quibus quantitas non refer-
tur ad actionem prius intentatam, sed ad appellatio-
nem, ut quantitas de qua appellatur quingentos flore-
nos excedat. De alia autem quantitate appellat
nemo, nisi quæ abjudicata est. Temerè appellaret de
quantitate quam obtinuit. Ita quoq; appellatio in
Recessu anni 1612. tribuitur gravato, & ratione gra-
vaminis, ut & summa appellationis ad gravamen
ipsum sit referenda. Aliter si jus Provocandi in
hoc Ducatu exaudimus, futurum est petenti 501. flo-
renos, si Reus in quingentos præcise condemnetur,
appellare integrum fore, scilicet ratione unius flore-
ni, quem non obtinuit. Quod sanè per se ridiculum,
10. & Regi ipsi admodum molestum foret. Quod at-
tinet causas certam quantitatem non habentes, qua-
les recenset Gail. I. Obs. 123. n. 4. & seqq. illarum
quoq; æstimatio incunda est, ut si ei summæ de qua
appellaretur, æquiparari possint, etiam de illis appel-
lare liceat, d. caut. anni 1611. Qualiter autem æqui-
paratio sit instituenda, in Recessibus non habetur.
Modum tamen aliquem monstrare conabor. Causæ
concernentes vitam, libertatem vel famam alicujus,
appel-

appellabiles, Tanti enim sunt valoris, utne quidem
ullo precio, nedum quingentis florenis aestimari que-
ant. 1. ex hac lege 3. si quadr. paup. fec. dic. ita in cri-
minalibus Rex appellationem recepit in causa
Schencken contra Lehendorff anno . . . Quid de
causis matrimonialibus? appellabiles esse decretum
in Hirsch contra Quern anno . . . Cause concer-
nentes bona, vel aestimationem recipiunt communem,
veluti in annuis redditibus, ut fors aestimetur, sex pro-
centum in singulos annos: vel aestimantur pro varia
cujuslibet affectione. In illis communis ratio valo-
ris ineunda erit: in his tutissimum foret, sequi Impe-
rialis Ordinationem, ut stetur juramento appellantis, *r camera*
aut illo mortuo, heredis ipsius. Ord. Camerae p. 2. tit.
28. §. Und sonderlich. Mynsing. 4. Obs. 40.

De Limitata Provocandi Licen- tia Ratione Modi, In Prussia.

Modus appellandi Recessibus praescriptus *I.*
Ducali Prussiae quadantenus jus non pro-
vocandi parit, dum scilicet aliter quam
ex praescripto appellare non licet. Meminerimus
tamen, eum toties mutari, corrigi, ac in melius refor-
mari posse, quoties aliquid ex re & usu Ducalium fo-
re Rex intellexerit. Quae sane clausula recessui
appel-

- appellationis anni 1614. per expressum inserta est.
2. Pertinet autem modus hic ad appellationem & interponendam & interpositam tum prosequendam, tum dijudicandam. In appellatione interponenda jus commune in plerisque manet, nisi in quibus specialiter mutatum reperitur. Nam & id quod in recessu anni 1609. appellationes intra decendum introduci seu interponi jubentur, conforme est juri communi, Novel. 23. in pr. Specialia sunt quaedam ratione aliorum remediorum; & appellationis ipsius. Alia remedia omnia remouentur, quaecumque illa sint, in specie nominantur Revisio Actorum, querela nullitatis, beneficium restitutionis, aliaque extrahendorum processuum remedia. Vocantur novationes & effugia in d. Recess. app. Tres vero hic occurrunt limitationes hujus regulae, quae tamen in effectu limitationes non sunt, si quis dextrè perpendat.
 3. Prima est, ut Revisioni locus sit in causis non appellabilibus. Et praxis quotidiana veritatem hujus rei, cum ipsa ratione & declaratione Electorali anno 1614. 29.^a Aprilis publicata, tuetur. Verum huc non pertinet, ubi tractatur de modo appellandi, qui non afficit nisi causas appellabiles.
 4. Secunda est, si gravatus malit uti aliquo istorum remediorum, ut deinde careat facultate provocandi. Hec optio verbis disertis data litigantibus in d. diplom. appell. §. ne verò lites, in f. Verum quia factum unius non poterat nocere Parti adversae, quin
reti-

retineret Provoçandi libertatem, etiam post instan-
tiam Revisionis aut similem, optio isthæc in d. decla-
ratione Electorali coangustata est, quando scilicet 8
Et Pars adversa volet intra decendum appellatio-
ni renunciare. Quia verò id nunquam potuit im-
petrari ab eo, qui pro se haberet sententiam, limita-
tio hæc per non usum evanescit, de quo dictum etiam
S. p. I. cap. 4. Tertia est, ratione Judicij aulici, cui per 5.
accusationem ratione gravaminum lis in judicio Re-
gio intentari potest, Resp. reg. anni 1615. §. pen. Sed
quando appellationi locus datur, non videtur grava-
men subesse. Siquidem semper aulico Judicio ex-
ceptio hoc casu parata, cur non appellaverit. Quin
etiam, nisi Et extraordinaria appellatio negata sit,
non esse huic remedio locum monstratum. Jam ante
hac p. 3. c. 28 In appellatione quacunq; requiritur, ut 6.
quisq; non aliter, nisi summam sex florenorum Poloni-
calium depositam, ejus amittendæ periculo, si in ultima
instantia causa ei abjudicetur, appellet. Recessus
anni 1612. Tum requiritur hujus summæ depositio,
cum appellat, ergò intra decendum. post enim non
appellat rectè. Recipit hanc summam, si in ultima
instantia obtinuerit. Quid si appellationem non 7.
fuerit prosecutus? Tantundem est, ac si causa ei ab-
judicata esset, de cujus justitia desperavit ipse: quæ
Et semel deserta non posset non abjudicari, si quo ca-
su coram Rege ventilanda foret. Igitur ne temerè

G

inter-

interposita appellatio impunita sit, non est iniquum, si pecuniâ cadat, in casum succumbentiæ depositâ. Prætereà in appellatione quoq̄ extraordinaria quid speciale est, non tam, quòd negatâ ordinariâ, & non antè sit interponenda: nam & jure cõmuni, dum supersunt remedia ordinaria, cessant extraordinaria arg. l. 2. & seqq. de præscript. verb. cū similibus, quàm quòd extraordinaria quoq̄ certum modum habeat, de quo jam dicere præverti, S. d. c. 28. In appellatione prosequenda appellens observet, quæ sint expedienda apud Judicem à quo & ad quē. Apud Judicē à quo eum sollicitum esse convenit, circa acta cū vertenda, tum versa extradenda. In actis vertendis quædã pertinent ad litigantes, quædam ad Officiarios actis vertendis præfectos. Litigantes sunt Pars appellans & appellata. Uterq̄ quidē potest appellationem prosequi, eaq̄ curare, quæ faciunt ad eandem prosequendam: sed in eo differentia, quòd appellatus, pro quo est sententia, victoriam reportet etiam desertâ appellatione. transit enim tunc in rem judicatam: appellantis verò interest, sententiam reformari, quod non fit desertâ appellatione. Igitur in appellato est res arbitrij & voluntatis, in appellante necessitatis. Prosequi autem uterq̄ appellationem potest, vel per se, vel per Procuratorem. neq̄ enim est actus personalis. Primum verò est, ut Secretarium, Notarium Judicij aulici Ducalis, vel alios eâ operâ fungentes, & actis verten-

vertendis extradendisq³ constitutos ordinarios con-
veniat. Conveniendi verbum cum effectu accipi-
endum, ut non tantum illos adeat, sed etiam desideri-
um suum exponat, nempe quod Acta in latinum trans-
ferri velit, pro appellatione in causa sua interposita
prosequenda. Convenire ordinarios debet in ordi- 12.
naria appellatione, Vbi autem ordinaria appellati-
one negata acta quoq³ negantur, ut fieri moris est,
extra ordinem quoq³ potest actorum versio procura-
ri. Ordinarij hoc loco sunt, qui ad acta appellatio-
num vertenda & extradenda à Duce Prussiae ordi-
nati sunt. Nam versio & extraditio actorum per-
tinet ad Judicem à quo, cujus proinde est, huic rei
personas idoneas præficere. Hactenus autem alij or-
dinati non sunt, quam duo Secretarij aulici judicij,
qui & alijs actis in eodem præsent, ut optime quæ ad
acta quæcumq³ pertinent, scire sit credendum. Sa- 13.
tis est, si unus eorum conveniatur. Loquitur enim
diploma appellationis in singulari, utiturq³ disjuncti-
va vel, quæ alterutro est contenta, arg. l. si quis ita
129. in fine de V. Obl. & in alijs quoq³ judicialibus u-
ni soli habetur fides, cur non & in actis vertendis,
quæ semel verti sufficit. Secundum, quod appel- 14.
lanti circa versionem actorum incumbit, est, ut Se-
cretarium pro magnitudine actorum parte aliquâ pe-
cunia, pro sportulis versionis actorum prænumerata,
subarrhet. Aliàs quidem quod arrhæ nomine da-
tur

tur, non eò pertinet, quasi sine arrha conventio nihil proficiat, sed ut evidentius probari possit, convenisse de precio. l. quod sæpè 35. in pr. de contrah. empt. Hic autem ex speciali constitutione arrhæ datio, non est arbitrij sed necessitatis. idq; ita constitutum videtur, ne durior sit obligatio Secretarij, quàm appellantis. Secretarius ex officio ad acta vertenda obligatus, appellans autem non est obligatus ad appellationem prosequendam. Igitur ut aliquâ tantum ratione vicissim Secretario obligetur, nec is sine recompensa se ad versionem actorum præparet: item ut appellans testetur seriò se rem agere, & ad solutionem residui paratum, ubi acta completa fuerint: deniq; ut tollatur dubium, quo tempore merces versionis solvi debeat, necessitas subarrhandi imposita appellanti. Effectus est, ut amittat, quicquid arrhæ nomine dedit, si appellationem deserat, licet propalaverit appellationis desertionem aut renunciationem, antequàm Secretarius inchoavit versionem. Is enim, qui arrhas dedit, perdit quod dedit, si contractum adimplere recusat. pr. Inst. de empt. vend. Quòd si appellationem prosequi paratus sit, arrhæ datæ salario imputantur, ut absolutâ actionum versione, appellans tantum necesse habeat solvere reliquam pecuniam salarij nomine debitam, arg. l. fin. de lege commiss. Eamq; ob causam cum aliàs præter pecuniam numeratam etiam res aliæ possint arrhæ nomine dari, l. ex empto. §.

pro. §. is qui vinā de act. empt. l. 5. §. item si institor. de
inst. act. Cujac. II. Obs. 17. *Recessus appellationis re-*
quirit partem aliquam pecuniæ numeratæ, additq̄
expressè debere eam prænumerari pro sportulis ver-
sionis actorum, ut quod appellans pro sportulis versi-
onis in arrharum datione prænumeravit, non neces-
se habeat numerare postea. Quota pars prænume- 17.
rari debeat, non exprimit diploma; nec potuit, cum
ante acta versa constare nequeat quantum debeatur.
Tertium ad tempus pertinet, intra quod appellans 18.
Secretarium convenire & subarrhare debeat.
Præfinitum verò est octiduum, ab interposita appel-
latione computandum. Quòd si litigantes octidu-
um præterlabi patiantur, Secretarius ab omni moræ
culpa liber & excusatus est, nec pœnas, si in mora fu-
erit præfinitas habet metuere. Litigantes autem 19.
possunt & post octiduum tempore quocunq̄ versio-
nem actorum modo prædicto sollicitare, modò id fiat
ante primum terminum, post duodecim septimanas
ab interposita appellatione exactas, & quidem matu-
rè, ut possit in eodem termino acta secum habere, &
modo legitimo procedere. Etsi enim diploma appel-
lationis loquatur de tempore quocunq̄; expressè ta-
men mentionem facit termini prænominati, in quo ex
actis illis procedere debeat, ut aliud tempus intelli-
gi non possit, quàm quod terminum illum in tantum an-
tevertit, ut & acta ante eundem possint integrè con-

fici. Atq; ita decretum anno 1618. in causa Schier-
stet contra Dembskj, scilicet; appellationem ha-
bendam esse pro deserta, quam quis juxta Re-
cessus non tempestivè prosequitur. Relinqui
igitur ante terminum seu Juridicam Regiam debet
tempus, quantum ad iter conficiendum satis: deinde
¶ octiduum pro collationandis actis: tum ¶ tem-
pus pro vertendis actis, duodecim scilicet septimane,
si acta sint prolixiora; sex si brevia. Temporibus
his defalcatis, si sententiæ in diæti Reminiscere ¶
Michaëlis lata, poterit urgere versionem actorum
modo prædicto, intra septimanas circiter duodecim,
à tempore latæ sententiæ computandas. si lata in a-
liis diæti, intra septimanas circiter quinq; vel sex.
20. Ad officarios actus vertendis præfectos pertinet,
ipsa actorum versio, in qua spectari oportet, ut rectè
expediatur, ¶ si secus factum fuerit, quæ pœna illos
maneat. Rectè vertuntur acta. 1. Si vertuntur
intra tempus versioni præfinitum. Illud duplex est:
duodecim ¶ sex septimanarum. Duodecim septima-
næ tributæ sunt actis prolixioribus. Eam ob causam,
ut plus temporis à sententiâ lata ad juridicam pro-
ximè insecuturam supersit, sententiæ actorum proli-
xiorum in Diæti Dominicæ Reminiscere ¶ Mi-
chaëlis publicari jubentur. quia integrum semestre
ab illis diæti sequens juridica distat. Sex septi-
manæ sunt assignatæ actis brevibus, quorum senten-
tiæ

tiæ publicanda sunt diebus Luciae & Trinitatis, à
quibus Juridica proxima tantum anni quadrante di-
stat. Quæ autem acta brevia vel prolixa sint, pen- 21.
det ex aulici judicij arbitrio, quod factò ipso quæstio-
nem hanc determinare intelligitur, quando sententi-
am in una vel altera diætâ publicat. 2. Vertenda 22.
sunt acta ab illis, quibus incumbit. Incumbere Se-
cretariis dictum antea, Sed hi aliis negotiis occupati
rem hanc plerunq̄ committunt alijs quorum operâ u-
tuntur. Quod an rectè fiat, non abs re dubitaveris.
Personæ enim non tantum industria, sed & fides ele-
cta videtur: & si ipsi actus vertendis per alia super-
esse nequeunt, consultum magis, alium ipsis adjungi,
qui huic rei unicè operam navet, hominem fidei & e-
ruditionis probatæ. Siquidem non semel omnes liti-
gantium fortunæ in actorum versione positæ conspici-
untur, & una litera sæpè, nedum dictio aut periodus,
totius causæ nervum præcidere potest. vide Panorm.
in c. inter dilectos b. n. 7. in f. de fide instrû. Covarr. pract.
quæst. 21. n. 1. Cammergerichts Ordnung p. I. c. 28. in pr.
Verum diploma appellationis non exprimit, quòd in 23.
persona vertendis actis incumbere debeant, sed satis
habet, si Acta Secretarij habeant parata, ut non inter-
sit, quis paraverit. Interim noverint Secretarij,
suo periculo acta extradi, ut postea ex pœna præfinita
constabit. 3. Vertenda sunt acta integrè. Integrè 24.
versa intelliguntur, quibus nihil deest, idq̄ eò perti-
net,

- net, ut sciant, non esse in arbitrio vel appellantis, quæ acta sumere, vel Judicis, quæ extradere velit, sed omnia, quæ sunt actorum, esse vertenda: tam acta litis, quæ respiciunt factum principale; quam judicij, quæ telam & ordinem processus vide Innocentium in c. causam quæ. in pr. X. de testib. Pacianum. I. de probat. 65. per tot & c. seq.
25. Nihil ergo potest omitti, quod ab initio usq; ad finem litis productum, aut dictum, modo legitime, parte scilicet adversâ presente. Si enim quid in tergum Partis, in nullo præsertim termino vel proferatur vel exhibeatur, quod ad ejus notitiam non pervenit, ut refutare potuerit, id nullitatis vitio subjacet, nec est de actis, cum non sit, cum quo possit videri egisse; nec constat lis vel judicium, nisi etiam ex personis utriusq; Partis. Sichard. ad rubr. C. de judic.
26. Ad integritatem versionis & hoc pertinet, ut non tantum vertantur omnia producta, sed & singula, quæ in productis sunt, eademq; in genuino & proprio suo sensu. Si enim quid omissum, aut additum, aut aliter in Latinum translatum sit, quam idioma Germanicum habet, versio non meretur nomen integræ versionis. Integrum enim id demum est, cui nihil deest, quod omnibus numeris perfectum & absolutum est. arg. l. si is qui. 25. ibi Dd. de testam. 4.
27. Intra tempus prædictum debent etiam esse in mundum descripta; idq; non tantum propter ipsum Secretarium, ut etiam actis amissis, ex Scheda conscripta, sine novo labore, iterum possit

possit copiam edere; sed imprimis ob Regem & Senatum, coram quo acta immunda produceretur, & cum dedecore conjunctum; ob ipsos litigantes, ut ipsi eadem legere, advocatis communicare, illiq; ex illis sine molestia, quam immundities creat, allegare, eademq; liberè in forum regium producere queant. 5. Gemini- 28.
na acta in mundum descripta habere debet parata. scilicet & gemini sunt litigantes; nec minus appellatus pro sui defensione actis opus habet, quàm appellas. Sed hoc ita, si utraq; Pars eadem maturè petierit. Neq; enim satis est, interesse petentis editionem actorum, sed & Notarius debet ab ipso esse rogatus. Pacianus. I. de probat. 64. n. 31. & seqq. nec officium suum impertiri tenetur, non requisitus; multò minùs periculum sustinere impensarum in scriptionem frustra factarum, si fortè eorum alter acta in latinum versa luerè prætermittat. Atq; hæc sunt, quæ in actis vertendis à Secretario observari oportet. Vbi enim non observaverit, non fert impunè. Duplex enim pœna imponitur contra facienti; privatio officij, & solutio ejus, quod Partis interest. Ut pœnis locus sit, priùs e- 30.
um oportet neglecti officij convinci: ubi probandum est, unum aut alterum eorum prætermisum esse, quæ non prætermittenda fuisse modò diximus. nec poterit istis probatis culpam derivare in eos, quorum opera utitur. Hactenus enim aliorum operâ in actis uti licet vertendis, ut & factum ipsorum præstent, quos suo pe-

H

ricu-

riculo adhibent. arg. l. debet 7. nauæ caup. stab. Et pri-
mum quidem pœnæ genus, Judex etiam nullo conquerē-
te, infligere potest, si de causa remotionis constet, de
qua tamen cognitio fieri debet: Etenim ipsius Judicis
referentiam afficit, si officio vertendorum actorum
non idoneus præsit; Et ad ejus sollicitudinem pertinet,
prospicere, ut omnia tam ante quàm post sententiam
rite Et rectè expediantur, ne litigantes aggravandi
31. ansam nanciscantur. Posterius autem partem grava-
tam subleuat, ut quod damni ex facto Secretarij sen-
sit, ab eodem qui dedit, sarciatur. Igitur experiri jure
tenetur, siquidem Judex officium suum impertiri haud
32. solet, non imploratus. Verùm cum non sit satis, acta
rectè in latinum transuersa esse; sed eadem etiam re-
ctè Partibus extradi necessarium; hujus quoq; requisi-
ta paucis sunt perstringenda. Primum requiritur ci-
tatio. Eam facit aulicum judicium actis confectis ad
instantiam Secretarij vertentis; dirigitq; ad ipsos li-
tigantes, terminū statuens octo dierum ad collationē
ac extraditionem actorū, ita tamen ut satis siteam insi-
nuari vel Personis principalibus vel Procuratoribus,
vel qui ut Mandatarij sententiæ publicationi interfu-
33. erunt. In termino præfinito si neutra Pars comparu-
erit, Secretarius liber ab omni moræ culpâ. Quantum
autem ad litigantes distinguendum, an appellans re-
nunciauerit appellationi, ut non opus sit collatione Et
extraditione actorum; an eandem prosequi voluerit,
ut fa-

ut faciat Partem adversam de novo ad citari, modo
fiat ante terminum præfinitum, seu juridicam ab in-
terposita appellatione primam. Quod si utraq; pars 34.
comparuerit, aut una tantum, siue per se, siue per
Procuratorem; progrediendum est ad secundum re-
quisitum, scilicet ad actorum collationem, quæ non tã-
tum institui, sed & perfici debet. Collatio non tantum
fieri debet ratione quantitatis, an omnia producta sint
translata, sed etiam qualitatis, quàm benè singula sint
translata. Et quia non omnes æquè litigantes linguæ 35.
latine gnari sunt; cura hæc ad ipsorum Procuratores
verbis diplomatis perspicuè revolvitur. neq; enim a-
lio sine citatio illis insinuatur, quàm ut collationi inter-
sint nomine Principalis sui. Neq; tamen idcirco impe- 36.
ditur, Principalis alium adhibere, si velit: neq; Secre-
tarius liber erit, si Procurator negligentius attende-
rit. Injungitur enim ipsi Secretario integra versio,
pœnâ adjectâ, si fecerit secus: ipsi quoq; hoc nomine sa-
larium solvitur, ut tanquam persona publica ex fide
debita versioni incumbat: nec minus ipsius, quàm Pro-
curatoris sui fidem litigantes hac in re sequuntur. Ter- 37.
tium est, ut factâ collatione Secretarius accipiat sala-
rium suum debitum. Salarium quantum sit, decisum
non reperitur. & foret tamen ex re litigantium, certi-
quid præfiniri. Solent interim litigantes cum Secreta-
riis hoc nomine pacisci. adde c. statutum. §. notatum de
rescript. in 6. Quæstio hîc oritur, quis salarium solvat, 38.

- an appellans solus, an partem aliquam contribuat appellatus? Et æquitas dictat, ei incumbere onus salarij solvendi, qui versionem petit, cujus eam extare in primis interest, quiq; arrham dando ad ejus solutionem se obstringit. is autē est appellans, non appellatus. Quòd si appellatus ipse quoq; actorum copiam petat, quia semel vertenda, bis autem describenda sunt, Appellatus pro suo exemplari solvat mercedem descriptionis, in utilitatem appellati susceptæ. Consequitur autē Secretarius salarium integrū, etsi appellans actis jam versis appellationem deseruerit. Prestitit enim & complevit suam operam, opusq; perfecit, nec habet tantum jus retentionis, quoad sibi satisfiat, sed & officium Judicis implorare, vel actionem locati conducti utilem intentare potest. Pacianus I. de probat. 64. n. 21. & seqq.
40. Quartum requisitum est, ut factā collatione Secretarius acta manu suā subscribat. 5. ut Sigillo Ducali designet. ita scilicet ne claudantur, sed aperta manent. non causā claudendi acta, quæ debent manere publica, sed corroborandi. 6. ut addat annum & diem sententiæ publicatæ, appellationis interpositæ, tum & collationis actorum factæ. Partibus etiam vel eâ parte notatâ, quæ collationi actorum interfuerit & abfuerit. 7. Ut istis taliter expeditis non occlusa sed aperta Partibus extradat, atq; ita facto ipso eosdem pro ulteriori appellationis prosecutione ad judicium Regium remittat. Apud Judicem igitur ad quem attendant

dant. 1. ut in termino legitimo compareant, scilicet post
stridiè post 12. septimanas à tempore interpositæ ap-
pellationis exactas. Sententiis in quadrante Remini-
scere aut Trinitatis latis terminus est Juridicæ autum-
nalis, quæ incipit à die prima Octobris, & durat sep-
timanis sex. Sententiis verò latis in quadrante Mi-
chaëlis aut Lucie terminus est præfinit^o Juridicæ ver-
nalis, incipientis à prima Martij, & durantis septi-
manas itidē sex: nisi inciderint in Regni Comitiam, quo
casu ab exitu Comitiorum sex septimanæ inchoantur;
aut nisi Rex ob impedimenta causas Ducales limitati-
one speciali in proximam tempestivè suspenderit. d. di-
plom. appell. §. ut verò cum minori & seqq. 2. Ut ex actis
Statum causæ uterq³ litigantium formet. 3. ut eandem
Referendariis Regni exhibeant, qui tamen non accipi-
ent, nisi prius acta Authentica viderint, quæ Pars
quælibet simul ostendat ac proferat: idq³ nisi fiat, de-
creta in contumaciam eo modo obtenta, ceu ex actis
falsis & illegitimis nulla sunt & invalida. 4. Ad ipsos 45.
Referendarios pertinet, ut quisq³ status causæ ab utraq³
Parte sibi porrectos, ac inter se discordantes, ex actis
ab alterutra Partium petitis, conciliet, ac unum verū
& genuinum statum sibimet ipsi concinnet. His ita
expeditis sequi debet in Judicio Relationum Regis pro-
priadum, appellationis devolutæ cognitio & dijudi-
catio, vel ex contumacia, vel ex controversia. Par- 46.
tium. Ex contumacia, Si Pars altera in termino non

H 3

adsit

- adsit. Neq̄ enim tenetur in porrectione status causa, aut in sequenti etiam processu Pars Partem expectare, sed Pars quacūq̄ in vigilans statu causa exhibito Partem alteram à Ministeriali in termino legitimo proclamata, & non comparentem, in contumaciam condemnet. Decreta autem contumaciæ in termino legitimo solemnitatibus & formalibus omnibus in ordinatione expressis servatis obtenta, (alia enim ceu mediis illegitimis impetrata nulla & invalida cēsentur) post annum & diem in rem judicatam transeunt, nisi interea contumacia purgetur. Pro quo est & termino obtinendo opus, & ut in termino purgatio rectè fiat. Terminum condemnatus obtinet in eadem vel in alia Juridica. In eadem ex arresto, in alia, vel ex citatione vel ex remissione. Citationem Pars condemnata ante lapsum prædicti temporis, pro illatione deductioneq̄ legalis impedimenti ex Regia Cancellaria sumere, & adversæ Parti insinuare potest. Remissio fit ad Regē à Judicio aulico, quando Pars victrix ante decursum anni & diei executionem petit, & adversa Pars legalis impedimenti exceptionem infert. In termino & Legale impedimentum, quòd scilicet sufficiat, allegandum, & veritas ejus idoneè probanda est. Vbi & hoc notatu dignum videtur, quòd terminus legalis impedimenti inferendi sit personalis, scilicet, ut contumaciam purgaturus in persona adsit, & veritatem impedimenti sufficientis proprio juramento comprobet.

ita

ita decretum in causa Creutzij contra Kittlitz anno
1616. jurid. vernali. Ex controversia Partium causa 52.
appellationum Ducalium dijudicantur utrâq³ Parte
præsente. 1. Statu causæ ab alterutro Referendario-
rum publicè exposito & relato, in præsentia nempe Re-
gis, Senatorum, & ipsorum quoq³ litigantium; ut a-
nimadvertant, si forsan quid prætermissum, aut mi-
nùs dextrè perceptum. 2. Partibus ipsis controversi-
as suas earumq³ deductiones repetentibus & peragen-
tibus, quantum ad realia ex actis, probationibus &
documentis in instantia Ducali allegatis, productis
& discussis. quantum verò ad formalia, sine convi-
tiis. §. cùm verò ad reverentiam d. diplom. appell. more
& stilo Judicij regij servato solitoq³. His ultimis ver-
bis 3. continetur & causæ consultatio, dijudicatio, de-
creti formatio & extraditio, more & stilo regio expe-
diendæ. 4. Executio quia in Ducatu fit, etiam ex mo-
re & observantia Ducatus jubetur peragi, certa pœ-
na ducentorum Vngaricalium adversus Magistratus
remissiores, modoq³ certo ejus exigendæ præscriptis.
d. diplom. appell. §. quo ad modum & seqq. Hæc de Pri-
vilegio Juris non provocandi Ducatus Prussiae
sufficiant. Reliqua praxis quotidi-
ana docebit.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



Ko-3372

ULB Halle

3


004 509 560



WDA







5503.

DISCURSUS 1633
DE
JVRE NON
PROVOCANDI
PRUSSIAE DUCALIS
ex praelectionibus
HENNINGI WEGNERI J^Cti
tum temporis
Profesoris primarii
in
ACADEMIA REGIOMONTANA
De
APPELLATIONVM
materia No 3372
publicè habitis
excerptus, luciꝰ donatus
Anno 1633.

—
DANTISCI, TYPIS GEORGII RHETII.

